

gere non possit; immo etiam carne supercrecente...

XXXII. In Commentariis Pii II. anno 1458. ad Pontificatum evecti, post prolixam narrationem instituta...

XXXIII. Pius III. in Pontificem anno 1503. electus non nisi Diaconus erat, atque leibali ulcere...

ANNO MDIII

Die Veneris 29. Septembris ordinavi sedem pro Papa, in qua sedens cruribus extensis ordinaretur...

Die Sabbathi ..... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam ..... accessit in Planeta ad Papam...

Die Dominica 8. Octobris, S. D. N. delatus in sede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non descendit...

XXXIV. Dum Romanus Pontifex solemniter celebrat, perada ad Altare consecratione ad solum suum reser-

dell' Ordine de' Predicatori, che nella sua Cronaca al lib. 4. cap. 22. così lasciò scritto: Pedibus erat ita...

XXXII. Ne Commentarij di Pio II. che fu eletto Sommo Pontefice l'anno 1458. alla pag. 203. dopo una...

XXXIII. Pio III. fu eletto Sommo Pontefice nel 1503. e non era, che Diacono, ed aveva in una gamba...

ANNO MDIII

Die Veneris 29. Septembris ordinavi sedem pro Papa, in qua sedens cruribus extensis ordinaretur...

Die Sabbathi ..... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam ..... accessit in Planeta...

Die Dominica 8. Octobris, S. D. N. delatus in sede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non descendit...

XXXIV. Celebrando Pontificalmente il Romano Pontefice, dopo la Consecrazione fatta all'Altare, ritorna al Soglio, ed ivi riceve l'Eucaristia sotto le...

vino & aqua, bucale, & manutergium; e gli consegna il Libro Epistolario, seguitando esso a sedere. Conferendolegli il Diaconato, il Cardinale che ordina...

XXXV. Ed ecco quanto abbiamo creduto bene d' esporre in questa nostra Lettera, che comunichiamo...

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 11. Octobris MDCLVII. Pontificatus Nostri Anno decimo octavo.

PAULUS PP. III

VENERABILI FRATRI

JOANNI EPISCOPO PAMPILONEN.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cupientes commodis tuis, qui diversis infirmitatibus podagra detentus, quibus fere ad membrorum invaliditatem redactus es...

Hieronymus Card. Ghinuccius Fab. Vigil.

Jam

porrigit librum Evangeliorum. Tandem in collatione Sacrosancti sedens Pontifex manum impositivum, Olei sancti, quod Catechumenorum dicitur, impositionem, calicem cum vino & aqua, atque patenam cum hostia recipit...

XXXV. Atque hæc sunt, que in hac epistola exponenda duximus, eorumque disquisitionem proponenda, quorum consilia expectamus, priusquam, quid agendum, discernamus...

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 11. Octobris MDCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

PIUS PP. V

DILECTO FILIO NOSTRO

PETRO FRANCISCO

Tituli Sanctæ Agnetis in Agone

PRESBYTERO CARDINALI FERRERIO VOCATO.

Dilecte Fili noster salutem & Apostolicam Benedictionem.

Eximia virtutum dona, quibus personam tuam illarum largior illustravit Altissimus, promerentur, ut votis tuis, præsertim que ex devotionis fervore prodire dignoscuntur, benigno annuamus affectu...

Cesar Glorietius.

Ter.

Am cuncta concessimus, quae ad celebrationem Missae sedendo, etiam Canonis, & Consecrationis tempore, spectare videbantur, jamque his, quorum desuper consilium opperiebamur, erant mittenda, cum Altissimi Providentia nova nos infirmitate probare est dignata, in rem itaque, & ad formandum plenius Judicium fore judicavimus, si quae Nobis acciderunt, subjungeremus.

Dies erat 14. Mensis Octobris, cum vehementer nos aggreffa est dysuria in mixtam sanguine distillationem degenerans; Medicum ea res multum non movit quidem, Nobis vero timor exinde proveniens febrem attraxit: cui obviavit itum phlebotomia, & corticis Peruvianis sumptione; neque exciderat Nobis tum gravis nostra senectus, & illud Psalmi 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor, & dolor. Quo innuitur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, id est, tempus vitae nostrae in seipso conclusum, & definitum, non transcendit ultra septuaginta annos, in robustioribus usque ad octoginta. Quod vere octoginta annos excedit, infirmitatibus plenum est, & doloribus, prout Nobis contingit: & si quid ultra erit, erit labor, & dolor, etas videlicet infirma, & variis malis, & arumnis obnoxia: Verba sane Venerabilis Bellarmini in eundem Psalmum.

Sed resonandum narrationis filium: urina naturali coloris restituta, sanguinis apparentiam omnem excludit, Nescio tam quoad capitis vivacitatem, quam quoad laborandi facultatem restitui sanis in eum statum, quo ante assultum praedictum fruebamus, unum si excipias necessitatem nimiram extrahendi urinam ope stringe, si ultra duas horas cum dimidia emitteremus, ingenti Nos doleri subjiceret.

Cum itaque intra temporis hujusmodi interapedinem commode latis Missae Sacrificium absolvi possit, quisque desuper in consilium vocatus libere mentem pandat suam, decetne Missam totam una cum Canone sedendo celebrare, an vero secus. Id, ut grave nemini accidat, rogantes, id sibi molestiae summentibus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die XXVIII. Octobris MDCCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
DIVINA PROVIDENTIA  
BENEDICTI PP. XIV.  
LITTERE APOSTOLICE  
QUIBUS  
Nummularii, seu Campofores Civitatis Ferrariae, a tertio, ad secundum ordinem Consiliariorum dictae Civitatis transferuntur.  
BENEDICTUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis a Majoribus pleraque sint consulte sapienterque pro temporum conditione, statuta, complura tamen inventiuntur, quae propter immuta-

Terminata l'union delle notizie appartenenti al celebrare, o non celebrare la Messa, sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione, mentre si stava per trasferire il tutto a chi doveva somministrarci il proprio parere e consiglio, essendo parato al grande Iddio di visitarci con una nuova susseguente infermita, abbiamo stimato necessario soggiugnere quanto in appresso; ad effetto che, considerato ed avvertito quanto e di poi seguito, possano i nostri consilieri darci sopra il tutto un deguato consiglio.

Fuimo dunque nel giorno 14. del corrente mese di Ottobre molestamente assaliti da un gravissimo brucio- re d'urina, che comparve mista e tinta di sangue; il che benchè non desse veruna apprensione al Professore, non lascio però di riempirci di spavento, e di tirarci addosso una febbre risentita; alla quale fu poscia riparato con una cavata di sangue, e con repetite prese di China China: nè in quella congiuntura punto ci scordammo dalla nostra grave età, e di quanto si legge nel Salm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor: in ipsis, septuaginta anni, id est tempus vitae nostrae in ipso conclusum & definitum, non transcendit ultra septuaginta annos; e nelle persone più robuste arriva agli ottanta: & in robustioribus usque ad octoginta, e che, se si trapassano gli ottanta, come in noi succede, tutto deve esser malattia, tutto disgrazie; & si quid ultra erit, erit labor & dolor, etas videlicet infirma, & variis malis & arumnis obnoxia. Sono tutte parole del Venerabile Cardinale Bellarmino sopra il Salmò allegato.

Profeguendo poi la narrativa di quanto e seguito, ritornata l'urina al suo color naturale, escluso in tutto e per tutto il colore sanguigno, ci ritroviamo equanto alla testa, e quanto al lavoro, in quello stato, in cui i eravamo prima che soffimo assaliti dal nuovo male: e quello che ora v'è, e che una volta non v'era, si è, che siamo necessitati ogni due ore e mezza in circa a far cffirare dalla vescica colla stringa l'urina, che, passato il detto tempo, e non effirata, ci cagionerebbe dolori insopportabili.

Potendosi dunque nel termine delle due ore e mezza poc' anzi accennato celebrare comodamente la santa Messa; dovrà ogniuno chiamato a consiglio, accennare liberamente quanto crede a proposito o per la parte affermativa, o per la parte negativa, rispetto la celebrare la Messa sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione. Compatrassi, come preghiamo, il nuovo incomodo: dando con pienezza d'affetto a chi se lo prenderà, l'Apostolica benedizione.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die XXVIII. Octobris MDCCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

tam diuturno aetatum curriculo rerum faciem, reformatione aliqua, vel etiam emendatione indigere noscuntur. Quod ubi in his maxime legibus & ordinationibus deprehendi contingat, quae publicorum munerum administrationem, simulque communem, privatorum hominum utilitatem concernunt; nihil est in quo Principis cura laudabiliter exerceri valeat, quam ut Praedecessorum leges, & antiqua Statuta, praesenti Republicae statuti, ac Subditorum commodis studeat attemperare.

Sane exhibitae Nobis nuper pro parte Diletorum Filiorum modernorum, Nummulariorum, seu Campoforum Civitatis Nostrae Ferrariensis petitio continebat, quod alias, felicis recordationis, Clemens Papa VIII. Praedecessor Noster, ut rectum illius Civitatis Regimen constitueret, per suas Litteras sub Annulo Piscatoris datas Ferrariae die XV. Junii Anni Domini MDXCVIII. Pontificatus Sui Anno septimo, unum Consilium Centum Virorum, de triennio in triennium renovandum, & immutandum, Apostolica auctoritate, sub certis modo, & forma tunc expressis, perpetuo erexit, & instituit; ipsaque Consilium universam Civitatem, & Communitatem Ferrariensem reprae-

representare voluit; & statuit: pro renovatione vero dicti Consilii de triennio in triennium faciendam, nec non occurrente quomodolibet infra triennium alicujus loci vacatione, vigintiseptem Consiliariorum primi Ordinis electionem, Sibi, & successores suis Romanis Pontificibus perpetuo reservavit; Aliorum vero Quinquagintaquingentis Secundi Ordinis, ipsimet Concilio, ac reliquorum Octodecim Consiliariorum respective electionem, sex Universitatibus, ut infra nuncupatis, nempe Artistarum Serici, Draperiorum, Merciariorum, Nummulariorum, Aromatariorum, ac Fabrorum, & Aurificum insimul, in perpetuum pariter concessit, opportunaque superaddidit ordinationes, ad rectum Instituti hujusmodi Consilii directionem, ac moderationem asserendam; prout in dictis Litteris plenius continetur.

Cum autem sicut, eadem petitio subjungetur, est pro illorum temporum conditione nummulariae negotiationis exercitium inter praefatas artes non immerito faran adscribi, & recentiori potuerit, nihilominus successivis temporibus, & potissimum hac nostra aetate, adauo ubique commercio, & honestioribus quibusque viris ejusmodi institutum amplectentibus, cum alibi, tum praesertim in dicta Ferrariensi Civitate, nummularia exercentes, longe ampliorum sibi existimationem supra alias memoratas artes comparaverint: Ideo pro parte ditorum Nummulariorum, seu Campoforum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in eorum decoris honestatisque complementum, ipsiusque commercii profectum, tam ipsosexponentes, quam alios pro tempore in dicta Civitate Nummulariam exercentes, & terito, ad secundum praefati Consilii ordinem perpetuo transferre dignaremur.

Nos igitur attendentes, quam aequum sit opportunumque ad Commercium in Civitatibus, & Provinciis fovendum, ampliandumque, Personas in ipsum diligenter, honesteque incumbentes congruis honoribus non fraudari, & Pontificiae munificentiae favoribus attolli; ac etiam inherentes Constitutioni felicis etiam recordationis Clementis Papae X. Praedecessoris pariter Nostri, per qua Nobilibus quoque Personis in tota Pontificia temporali Ditione expresse permittum fuit, ut absque Nobilitatis laesione, mercaturis, negotiationibus, & commerciis vacare possint: ditorum Nummulariorum; seu Campoforum, quamvis Nobilitatis gradu, & iuribus nequaquam gaudentium, votis in hac parte annuere, eisque specialem gratiam facere volentes, eosque a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes; & absolutos fore censentes, de consilio etiam Dilecti Filii Nostri Joannis Francisci Sancti Andriani S. R. E. Diaconi Cardinalis Bancherii nuncupati: Nostri, & Sedi Apostolicae in Civitate & Provincia Ferrariensi. Legati, nunc existentis, auditore quoque desuper Dilecto pariter Filio Marchione Francisco Calcagnini moderno Judice Sapientum, ejusdem Civitatis Nostrae Ferrariensis, hujusmodi supplicationibus inclinati: Omnes, & singulos Campofores in Civitate Ferrariae praedictae, Domi suae nummulariam, & Cambia honeste exercentes, vulgo Bancherios nuncupatos, a dicto tertio Ordine, seu a tertia Classe Consiliariorum ad secundum Ordinem, seu secundam Classem eorumdem Consiliariorum, ita ut deinceps ipsi Campofores inter Quinquagintaquingentis dicti Secundi Ordinis, seu secundae Classis Consiliarios, servata tamen in reliquis omnibus dicti Clementis Praedecessoris Constitutione praedicta, eligi, & respective subrogari libere, & licite possint, & valeant; Apostolica auctoritate, harum serie perpetuo trasferimus & elevamus, ac transferri & elevari volumus, & mandamus.

Ne autem propter hoc minuat numerus Octodecim Consiliariorum Tertii Ordinis, in primodicti Clementis Praedecessoris Litteris praefinitus, & respective numerus artium, ex quibus, & a quibus idem octodecim Consiliiarii assumi, atque eligi debent, per eandem praesentes, statuimus, volumus, & mandamus ut duae Fabrorum & Aurificum Universitates, quae hactenus pro una tantummodo Arte ad praemissum effectum, ex praescripto earumdem Litterarum Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

habebantur, in posterum, rescisso hujusmodi communionis vinculo, duae Artes reipsa sint, & censentur, ad eundem effectum, videlicet, ut unaquaque ex illis seorsim, & seperatim jus habeat eligendi tres viros, ex propriae artis gremio, in tertiam Consiliariorum Classem, servato in reliquis earundem Litterarum tenore, referendos, & cooptandos.

Decernentes, eisdem praesentes, & in ea contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis forsitan interesse habentes, seu habere praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vacati, citati, vel auditi fuerint, ut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa de necessitate juris vel facti exprimenda, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impagnari, infringi, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci posse: sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, dictisque Campoforibus, seu Nummulariis pro tempore existentibus in Civitate praedicta, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari debere.

Sicque, & non alias in praemissis, per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Vicelegatos, ceterosque quoslibet, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus praedictis primodicti Clementis Praedecessoris Litteris, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Civitatis Ferrariensis praedictae, illiusque Communitatis, & Hominum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis & Litteris Apostolicis, eidem Civitati, vel illius Communitati, & Hominibus, aut aliis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, & potestatis plenitudine, ac Consistorialiter per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, vel alios quomodolibet, in contrarium praemissorum forsitan concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries innovatis: Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua ex quavis forma ad hoc servanda foret; illorum omnium & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plene & sufficienter expressis, insertis, & servatis respective habentes, illis alias in sua robore permanentibus; ad praemissorum effectum, specialiter, & expresse, ac plenissime & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus ceterisque contrariis quibuscumque.

Nalli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrae absolutionis, translationis, elevationis, status, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo septimo, Octavo Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

N. Sub-Datarius.  
Pro D. Card. Passioneo.  
Joannes Florius substitutus.  
VISA  
De Curia J. C. Boschi.  
L. Eugenius.  
Loco + Plumbi.  
Registrata in secretaria Brevium.  
No BE.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione Particulari Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis Deputata, super octo Dubiis vententibus inter Venerabilem Fratrem Archiepiscopum Limanensem ex una, & Dilectos Filios Presbyteros Saculares Congregationis Oratorii Sancti Philippi Neri Civitatis Limanæ ex altera Partibus, Resolutio tenoris sequentis, videlicet Limana. Die Veneris xxx. Decembris MDCCCLVII. in Aedibus Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Sacripantes Vitutti, habita fuit Congregatio Particularis, a Sanctissimo Deputata, ejusdem Eminentissimi Domini, atque Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum de Matthæis, & Argenvellieres, in Causa Limana inter Venerabilem Congregationem Oratorii Sancti Philippi Neri Civitatis Limanæ, & Reverendum Dominum Promotorem Fiscalem Curie Archiepiscopalis ejusdem Civitatis; & in ea fuerunt proposita, & discussa sequentia Dubia. I. An Congregatio sit omnimode subiecta Reverendissimo Archiepiscopo, in modo, forma, assumptis, & materiis? II. An Congregatio teneatur tradere Archiepiscopo visitanti quatuor Libros, quos juxta constitutiones debent habere Patres Oratorii; nec non Libros, seu Indices Archivi; & Bibliothecæ; & Inventarium suppellectilium Ecclesiæ? III. An asserta Exemptio ad exhibitionem prædictorum Librorum teneat, dum Archiepiscopus uti Apostolicus Delegatus visitet? IV. An interiores Oeconomice Congregationis, quoad Expensas, & Computa, necnon Electiones Præpositorum, Nominations, Admissiones, & Expulsiones Presbyterorum, sint subordinatæ directioni Archiepiscopi? V. An casu quo Congregatio Oratorii de Urbe, necnon alie Congregationes, sint a prædictis exemptæ; idem ferri debeat Judicium de Congregatione Limana, cujus Presbyteri a Fundatione usque ad præsens, sunt valde pauci, vivuntque & alantur, non tam ex proprio Patrimonio, quam ex Bonis relictis in commune Congregationi; & ex emolumentis Ecclesiæ Hospitalis, pro funeribus, Missis Cappellaniarum, Confraternitatum, & ex aliis causis? VI. An destinatio Procuratoris pro Curia Matriti, aut Romæ, fieri a Congregatione debeat, cum interventu Archiepiscopi, sitque is certiorandus de Causis ipsius destinationis, valeatque eas improbare? VII. An Archiepiscopus sit Judex competens in Causa Nullitatis Electionis ad Præposituram, & Promotor Fiscalis de ea Jure agere valeat; prout etiam, pro Observantia omnium Constitutionum? VIII. An Adimplementum Cappellaniarum, aliorumque Piorum Operum existentium in Congregatione, & Ecclesiæ Hospitalis, pertineat ad internam Regimen, itaut sit extra Visitationem Archiepiscopi, in casu &c. Eisdemque Dubiis responsum fuit. Ad primum. Affirmative; exceptis ejus Instituto, sive iis, de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis. Ad secundum. Negative, exceptis Inventario Suppellectilium Ecclesiæ, necnon eorumdem Visitatione. Ad Tertium. Non esse locum in præmissis. Ad Quartum. Ad Quintum. Affirmative in omnibus. Ad Sextum. Negative in omnibus. Ad Septimum. Affirmative quoad primam partem; quo vero ad secundam, Promotorem Fiscalem agere non posse ex Officio, & nullo ex Sacerdotibus Congregationis instante pro Nullitate Electionis; quo ad tertiam, negative. Ad octavum. Negative, servata tamen quo ad Ecclesiam Hospitalis Dispositione Brevis Sanctissimi Domini Nostri Tertia Augusti MDCCCLVII. Factaque per me infra scriptum, Relatione Santitati Sææ omnium, & singularum supradictorum Resolutionum in Audientia habita die VIII. Januarii MDCCCLXVIII. eas dignatus est in omnibus approbare, mandavique desuper expediri Litteras Apostolicas in forma Brevis. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Palatio nostræ solitæ Habitationis hac die nona Mensis Januarii MDCCCLVIII. C. M. Cardinalis Sacripantes Vitutti. Loco & Sigilli.

Cum autem sicut dicti Presbyteri Saculares Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Resolutionem hujusmodi quo firmius subsistat, & servatius, exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ Patricio communiti, summopere desiderent. Nos igitur ipsos Exponentes, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares Personis, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel Causa latis, si quibusquomolibet innodata existunt, ad effectum præsentium tantum consequendam; harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; præsertim Resolutionem a memoratis Cardinalibus; ut præsertim, super dictis Dubiis captam, Auctoritate Apostolica, tenore Præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, & singulos Juris, & Facti defectus, si qui de superforan intervererint, supplemus, & sanamus. Decernentes easdem præsentibus Litteras, firmas, validas, & efficaces, existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus fuerit, a quoquam, quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Januarii MDCCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

Pro Domino Card. Passioneo

Joannes Florius Substitutus

Loco & Plumbi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem In Apostolicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Vincentius de Amil Feixoo, Presbyter Secularis, ac Procurator in Romana Curia Congregationis Oratorii Sancti Philippi Neri Congregatio Limana, quod tam ipsa Congregatio Limana, quam alie Valentina, Hispanensis, Biacensis in Diocesi Giennen, & Conchenis, aliaque in Ditionibus Charissimi in Christi Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici existentes, ita sunt institutæ, ut Alumni in illis recipi, seu admitti minime possint nisi annuas præstationes, aut alias certas, & idoneas facultates, certoque annuos redditus habeant, quorum titulo ad Sacros Ordines suo tempore promoveri valeant. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat non omnes Sacri Presbyteratus Ordini adscribi cupientes, tantum Patrimonio habeant, ut de proprio vivere queant, necessitati vero Congregationis Limanæ hujusmodi numerus Sacerdotum in ea existentium minime congruus reperiantur, & defectus iste sensibilibus, seu verius peniciosis existat, etenim in ea satis nostri Orbis perampla Civitate abundant quidem Fideles, ac non minor est Paganorum, aut de recenti ad Fidem redactorum frequentia, unde sequitur, ut illius Sacerdotes, etsi, numero tredecim, præter Laicos, extremos impendant labores, pares minime sunt spiritualibus Populi necessitatibus; debent namque excipere Christifidelium Confessiones magnæ devotorum multitudinis, qui quotidie ad eorum Ecclesiam ad id conveniunt quotidie quoque Verbum Dei, & Ca.

DAMNATIO, ET PROHIBITIO

Operis, cui Titulus: Storia del Popolo di Dio, dalla Nascita del Messia, fino alla fine della Sinagoga &c. Parte Secunda: con Raccolta di Dissertazioni, & in fine la Difesa della medesima seconda parte &c.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

CUM ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum præpositam nonnullis, ad hinc annis denuntiatum fuisset Opus Gallico Idiomate conscriptum, hoc Titulo: Histoire du Peuple de Dieu, depuis la naissance de Messie, jusqu'à la fin de la Sinagoge; Hujusmodi Opus maturo examini subiectum, & consequenter proscriptum fuit, Decreto edito die XVII. Aprilis Anni MDCCCLV. & a Nobis ipsis confirmato. Sed quum nihilominus aliquis reperitus fuerit, qui nimia audacia illud ipsum Opus in Italianam linguam conversum Typis edere non dubitavit sequenti titulo: Storia del Popolo di Dio dalla Nascita del Messia, fino alla fine della Sinagoga, tratta da soli Libri Santi dal Padre Jacco Giuseppe Berruyer della Compagnia di Gesù: Sacconda Parte: tradotta dal Francesco da un Religioso della medesima Compagnia: in Venezia MDCCCLVI. nella Stamperia Remondini, adjectis ad calcem versionis hujusmodi non solum Mantissa Dissertationum ab Autore latine conscriptarum, sed etiam, Apologia ipsius operis, cuius Titulus & Difesa della seconda parte della Storia del Popolo di Dio del Padre Berruyer, tradotta dal Francesco &c. Vix dici potest, quantum inde offensiois, & scandali conceperint homines, ac Deum timentes cuiusque gradus, & conditionis homines, quorum iustas ea de re querelas ad Apostolum Nostrum delatas debita consideratione pensantes, ne officio Nostro deesse videremur, adacti sumus committere Venerabilibus Fratribus Nostri ejusdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatis, ut ad iteratum, ac rigorosum examen revocarent tum ipsum opus Gallice editum, tum ipsius versionem in Linguam Italianam, etiam si dubitari nequeat, quin Opus non aliquo Idiomate primitus editum, atque ita proscriptum, quacumque alia Lingua postmodum exhiberi contingat eadem proscriptio notatum intelligatur, tum deinde Collectionem illam Dissertationum Operi adjectarum, & Apologiam Italiane versionis, ut præsertim subiectam. Ut itaque mandatis Nostri seres factis, convenientibus primum inter se Theologis ad novum examen deputatis, iisque in pluribus sessionibus ea de re habitis, rem omnem diligenter scrutantibus, & ponderantibus, suasque sententias, & scripto, & voce pendentes, visum est; Opus præfatum, sive Gallico, sive Italico, sive alio quocumque Idiomate conscriptum, translatum, atque editum una cum prædictis Dissertationibus, & Apologia prohibendum esse tantquam continens propositiones respectivo falsas, temerarias, scandalosas, faventes hæresi, atque hæresi proximas, communique & unanimi Sanctorum Patrum & Ecclesiæ consensui in Divinarum Scripturarum interpretatione minime congruentis. Post censuram Theologorum, ut supra, deputatorum delata res est ad secundodiæm Congregationem Generalium Inquisitorum, & eorum Nobis habitam die XXIX. Decembris elapsi Anni MDCCCLVII. in qua, quam iudicium eorumdem Cardinalium Inquisitorum relatæ Consultorum Sententiæ omnino conforme fuerit; Nosdemum, lectis atque perpenis dictorum Theologorum Consultationibus scripto, exaratis, auditisque eorumdem Cardinalium consiliis, per has Nostras Apostolicas Litteras sepedictum Opus tam Gallico, quam Italico, aliove quolibet Idiomate conscriptum, translatum, aut Typis impressum nec non Dissertationes, & Apologiam superius enuntiatas, propterea quod in illo, & in illis continenter Propositiones respectivo falsas, temerarias, scandalosæ, faventes hæresi, atque hæresi

Catholicæ Legis præcepta docent, & prædicant; occurrunt etiam quacumque hora invitentur, ut auxilium, & assentiam præstent in supremo Agone constitutis, & denum famulantur, & subvenient Pauperibus Sacerdotibus Infirmis se recipientibus in Hospitali, cuius cura, & administratio eidem credita, & demandata existit; ac prinde, dictus Vincentius ad augendam Dei Gloriam, & ipsius Instituti incrementum, animarumque salutem promovendam, Superioribus, eorumdem Congregationum facultatem excipienti singulis annis in memoratas Congregationes, seu Domos octo, vel sex ad minus idoneos, viros ceteris qualitatibus præditos, licet rerum temporalium inopes, quive ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines ad Titulum Missionis, & Mensæ Communis per Ordinarios Locorum promoveri possint, sibi a Nobis concedi plurimum desideret. Nos igitur ipsius Vincentii Votis hæc in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit; ad effectum præsentium tantum consequendam harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Fratemitatis tuæ pro præsentibus committimus, & mandamus, ut ex Alumni memoratæ Congregationis Oratorii Sancti Philippi Neri Civitatis Limanæ, quos Divino Cultui promovendo, & Animarum saluti procurandæ, juxta datam tibi a Domino Prudentiam aptiores, & sincera mente alacriorisprehenderis, singulis annis aliquot ad Titulum Missionis, & Mensæ Communis ad Sacram Ordinationem admittere, eosque ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, servatis alias servandis, promoveri libere, & licite pro tuo arbitrio, & Prudentia Auctoritate Nostra Apostolica possis, & valeas, quoquoque scilicet te ipsa ad supradictas enuntiatas causas, & indigentias, necessarias in Domino iudicaveris; ita tamen, ut si hujusmodi Promoti ad Titulum Missionis, vel Mensæ Communis, a prædicta Congregatione quomodocumque discesserint, vel dimissi fuerint, Suspensionem a Divinis ipso facto incurrant, usque duraturam, donec fulserint Beneficium Ecclesiasticum in Titulum, seu Ecclesiasticam Pensionem obtulerint, vel Patrimonium Sacrum a Te, seu pro tempore existente Archiepiscopo Limano approbandum, sibi constituerint, absque eo quod Congregatio prædicta, ullius præstationis onere gravetur, plenam, & amplam facultatem eadem Auctoritate tribuimus, & impertimur. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Sinodalibus Conciliis editis Generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis illorum tenore præsentibus pro plena, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Januarii MDCCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

Pro Domino Card. Passioneo.

Joannes Florius Substitutus.

Loco & Sigilli.

proxime, & a communi, & unanimi Sanctorum Patrum & Ecclesie sensu in divinarum Scripturarum interpretatione alienae, damnatae, & reprobatae, ipsumque Librum legi, retineri, & quocumque Idioma denuo Typis imprimi prohibemus. Mandatae omnibus & singulis Christianis, qui ejusmodi Librum penes se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerit, ut illum, statim ac praesentes Litterae eis innotuerint, haereticae pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, ubi Inquisitores peculiare adfuerint, alioquin Episcopis, seu ordinariis locorum, tradere, & consignare teneantur, sub poena excommunicationis majoris, quoad personas Seculares, quo vero ad personas Ecclesiasticas etiam Regulares, hujusmodi mandato Nostro non obediens, & contraveniens sub poena suspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione incurrit; quarum abolutionem, & respective relaxationem Nobis, & Successoribus Nostri Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservamus; excepto dumtaxat, quoad excommunicationem praedictam uti cuiusque mortis articulo; quo nimirum Confessarius quilibet ab hujusmodi censura, ut praesertim, incursum absolovere poterit. Ut autem eadem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam alligare possit, volumus, & auctoritate praedicta decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancellariae Apostolicae, nec non Curiae Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curatoribus Nostri, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; si vero publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perinde officere, ac si uniusque illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent; ipsarum autem praesentium Litterarum transmissis, seu exemplis, etiam impressis, manu aliquus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eandem prorsus fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae haberetur eisdem praesentibus, si exhibita forent, vel offensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Februarii MDCCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

D. Card. Passionei.

EPISTOLA  
R. P. ANTONII TAVEIRA  
ARCHIEPISCOPI GOANI  
AD  
SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM  
BENEDICTUM PAPAM XIV.  
ET SANCTITATIS SUE  
AD EUMDEM  
RESPONSIO  
SANCTISSIME PATER AC DOMINE.

Angustis, quibus acriter tribulor, circumspetus, ob aliquarum ovium mihi concreditarum a recto tramite secessum, operae pretium duxi Tibi. Sanctissime Domine, tanquam omnium potentissimo Patri, hac precibus humiliter effundere, ut ea pietate commotus, qua seculo uteris erga omnes, remedium praebes opportunitum, quo ab hac animi afflictione reddar indemnis, illaque in viam veritatis reducam, atque damna instantia, ac futura penitus avertantur.

Cum hanc Goanam Dioecesim Dei, & Apostolicae Sedis gratia regere ceppi, magna judicialis movebatur contentio circa cuiusdam matrimonii validitatem. Nam, licet inter illud contrahentes non

nisi impedimentum impediens ex sponsalibus cum alio antecedentes contractus ortum extaret, attamen, solemnitate Tridentini praescriptis, non coram proprio Parocho cuiuslibet contrahentium contractum fuerat, sed coram uno ex Apostolicis Viris, quos Missionarios appellamus, qui ad aliquos fideles intrudendos in infidelium loco, vulgo Sunda, limitibus hujus Dioecesis vicino commorabatur, ad quem dolose se transfugerunt, dicentes, se velle ibi novum domicilium constituitur; sed, contracto matrimonio, statim ad patriam convolarunt. Hoc idem in loco, vulgo Quittur, qui ultra hujus Dioecesis fines intra unam, aut duas dietas ad plurimum distat, non semel postea inter impedimenta dirimenta habentes similiter contigit.

Ratio, cur aliquibus videtur, matrimonia, in his, similibusque locis contracta, valida esse iudicanda, impedimentis dirimentibus seclusis, in eo fundatur, quia in illis Tridentini dispositio non viget, cum ibi publicatum non fuerit, nec receptum, quapropter, ad dicta loca extendendum non esse, asserere non dubitant, ex plurimum sententia cum Sanchez lib. 3. de matrimon. disp. 18. quest. 4. a num. 27. qui acriter pro validitate pugnat. Hoc autem in Indiis Orientalibus praecipue in hac Dioecesi, cum sit proxima praedictis locis, nullatenus servandum est, ne illicitis, ac peccaminosis conjunctionibus locum praebet, prout experientiam docet.

Igitur ad sedandas controversias, malaque ex similibus matrimoniis orta obvianda, opus esse mihi videtur, Sanctitatem tuam, meis precibus inclinatum, declarare, nulla esse talia matrimonia, prout olim declaratum fuit a Sacra Congregatione Cardinalium, approbant Santissimo Domino Urbano VIII. 14. Augusti 1621. ad instantiam Archiepiscopi Colonienfis, ut refert Schmalzgrueber lib. 4. Decretal. tit. 3. num. 112. Aperte tamen constituendum est, incolas hujusmodi Dioecesis ad talia, & similia infidelium loca, etiam cum animo migrandi domicilia migrantes, ad matrimonia contrahenda admittendos non esse per Missionarios, nisi cum Ordinarii licentia secundum Dioecesis consuetudinem obtenta, praecedentibus tribus denuntiationibus in propriis Ecclesiis, atque in iis, quarum domicilia reliquerint, solum enim tunc similia peccata cessabunt.

Die 14. Januarii 1749. indulgentia Oratoria privata concedendi per decennium Antecessori meo per tuam Sanctitatem benigno permixta fuit. Eandem gratiam humiliter exposco, consequique spero, cum causae finales illius concessionis adhuc vigeant. Nam ea deficiente, quamplurimi Nobiles praecipuum audiendi Sacrum certe non adimplerent, tam ob distantiam a propriis Parochialibus Ecclesiis, quam ob paupertatem qua laborant. Pro his, & aliis beneficiis Deo gratias agam, enixe deprecans, Te per plures annos ad Ecclesiae utilitatem incolentibus servare. Goa 16. Decembris 1754.

Antonius Taveira Archiepiscopus Goanus primas Orientalis.

VENERABILI FRATRI  
ANTONIO  
ARCHIEPISCOPO GOANO.  
BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Paucis ab hinc hebdomadis Fraternalitatis tuae litteras accepimus, die 16. Decembris 1754. datas, nescientes usque adhuc, quatenus diuturnae hujus morae fuerint causa. Exposuisti autem in iis, quod, cum receptum fuerit in Dioecesi tua Tridentinum Concilium, servatur ad amissum ibidem sanctio illa, quae nulla declarat matrimonia, quae sine praesentia Parochi sponsi, vel sponsae, & sine duobus testibus celebrantur. Cum vero

vero Dioecesi tuae finitimus sit locus quidam, Sunda vocatus, ubi nonnulli Missionarii Sacerdotes inhabitant ad regionis incolae ad Fidem Catholicam pertrahendos, edocendosque, contigit aliquando, atque nunc etiam contingit, ut quosdam difficultates praetensens, quae matrimonium fortassis impedirent, quosdamque in tua Dioecesi contrahendum foret, ab eadem discedit una cum muliere, atque Sundam pergit, ubi neque receptum, neque promulgatum fuit Concilium Tridentinum, ibique matrimonium coram Missionario contrahit, ac subinde regrediens ad Dioecesim tuam, validum esse contendit, eo quia matrimonium non alibi nullum esse reputatur, praeterquam in locis, in quibus Concilii Decretum receptum, ac promulgatum fuit. Haec est questio, de qua Nos interrogasti, ut normam praesertim, quatenus in ejusmodi matrimoniis gerere te oporteat. Quamvis autem ob longevam, quae non excipit aetatem, quam agimus, Nos a laboribus exculare liceret, eisdemque alii committere, ultima Nobis definitio servata; nihilominus, cum Divinae placuerit Majestati sanam Nobis, ac integram mentem servare, est, praeter senium, hinc gravissimae infirmitates, quas perperam sumus, Nos eo perduxerunt, ut sacro Viatico, & extrema Olei unzione semel, ac iterum muniremur, petitionibus tuis recta responsum dare non omittimus, cum ob experientiam, quam in ejusmodi controversiis nacti fuimus, ut videre est in nostra Ecclesiastica Institutione, in lucem edita, dum in Archiepiscopali Bononiensi Cathedra sedebamus, quae est la 33. Latinae editionis sub num. 9. tum vero etiam ob munus exercitum pluribus annis a Secretis Congregationis Tridentini Concilii, dum in minoribus agebamus, ubi familia negotia tractantur.

In integra Decretali Alexandri III. nostri Praedecessoris, sexta sub titulo de homicidio, quae in Collectione Decretalium, quae utitur in scholis & foro, non integra est, sed decurata, sequentia leguntur verba, quae nostrae favent intentioni: Sicut dignum, & omni rationi consentaneum est, graves, & difficiles quaestiones ad examen Apostolicae Sedis deferri: ita etiam nobis ex ministerio susceptae sollicitudinis immittit easdem quaestiones, prout nobis Dominus dederit, solvere, & singulis a nobis consilium pastoralitatis respondere, ut providentia Romanae Ecclesiae, quae ubique terrarum obtinet, disponente Domino, principatum, quaestiones solvantur, & removeantur in his ambiguitas singulorum de cordibus. Licet autem super quaestionibus, quas nobis discretio tua solvendas direxit, te non dubitamus providum, & circumspetum existere; cogimur tamen ex suscepto ministerio ministerio, juxta discretionem, & providentiam nostram, tibi exinde respondere.

Thomas Sanchez, qui quidem, nemo ignorat, qualem sibi famam conciliaverit in controversiis ad matrimonium spectantibus, quaestione hanc agit in suo Opere de Matrimonio lib. 3. disp. 17. & seq. ubi sub num. 29. defendit validum matrimonium initum in loco, ubi promulgatum non fuerit Tridentinum Concilium, quamvis ille, qui contrahit, domicilium habeat in loco, ubi Concilium receptum est, indeque discessit, ut eas difficultates auferret, in quas incidit, vel incidere se posse rebatur, si matrimonium ibidem contrahere voluisset: cum vero opponitur, intercedere fraudem, tunc respondet, vel nullam inesse fraudem, ubi quis jure suo utitur, quoniam verum non est a loco, in quo receptum fuit Concilium, transire ad alium, ubi non sit receptum; vel, etiam si fraus incederetur, ejusmodi fraudem illicitam quidem, non sic vero nullum matrimonium efficere, Pontius, qui non tam facile Sanchezii opinionibus adheret, in hac tamen eadem sententia: ut videtur lib. 5. de Matrim. cap. 9. Et Diana in coordinata editione tom. 1. tract. 3. resol. 116. & 117. Sanchezii, & Pontio subscribit. Eiusdem sententiae sunt Bonacina de Matrimonio quest. 2. punct. 7. num. 2. tom. 1. Castropalaus part. 5. disput. 2. de Sponsal. punct. 13. §. 8. num. 4. Leander part. 2. tract. 9. de Matrimonii Sacramento disp. 7. quest. 11. Filiucius tract. 10. de Matrimonio par. 1. cap. 6. num. 199. Rosignolus de Matrimonio 1. contract. 15. praenot. 21. num. 8.

Ne vero plus quam par est sermonem protrahamus in aliorum Doctorum, atque Theologorum nominibus cumulandis, tantummodo inuenimus, non desse, qui contrariam sententiam tueatur, doceatque, nullum esse matrimonium ab eo contractum, qui ad evitandas difficultates, in quas incidit, vel incidere se posse veretur, si matrimonium ineat in loco domicilii, ubi viget Tridentina lex, transsit ad alium, ubi promulgata non fuit, adeoque neutquam recepta, & post initum matrimonium, domum suam revertitur: qua de re observari poterunt Gobat in Theologia experimentalis tract. 9. num. 481. Cardinalis de Laurae de Matrimonio disp. 22. num. 138. & seq. Clericatus de Sacramento Matrimonii de cetero 35. num. 24. Giribaldus tract. 10. de Matrimonio cap. 7. num. 22. Sbogar in Theologia radicali tract. 116. de Matrimonio num. 52. Schmalzgrueber ad tit. de clandestina dispositione num. 112. Pichler in eundem titulum num. 14. Bockhu ad tit. de Constitutionibus §. 3. num. 4. Eibel in Theologia Morali part. 3. num. 301. & seq. Pontas verb. Impedimentum clandestinitatis, cas. 3. §. Ceterum ad casum. Et ipse Diana, qui secutus fuerat in locis supra memorato Sanchezii, & Pontii sententias, in eadem editione coordinata tom. 2. tract. 6. resol. 74. ab ipsa recedit, ut hanc postquam amplectatur. Sylvius vero tom. 5. Operum suorum edit. Antwerpen. anni 1698. inter varias resolutiones verb. Matrimonium num. 8. sapienter animadvertens, matrimonium esse validum, si quis, admitta etiam fraude, patriam suam deserens, ubi Tridentinum Concilium promulgatum fuit, illud contrahit in loco, ubi non est promulgatum, postquam tamen ibidem novam quasi domicilium acquirerit; ex eo inferit, nullum esse matrimonium, quoscumque ille, qui contrahit, regreditur illico ad locum unde discessit, quin speciem quandam domicilii adeptus fuerit in loco, ubi matrimonium contrahit.

Solente fel. record. Urbano VIII. Pontifice Maximo, Archiepiscopus Colonienfis Elector tria haec dubia proposuit coram Congregatione Concilii: Queritur humiliter a Sacra Congregatione, an incolatum masculi, quam feminae loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, & acceptum, transientes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine Parocho & testibus contrahere.

Secundo, Quid, si eo praedicti incole tam masculi, quam feminae, solo animo sine Parocho, & testibus contrahendi; se transferant, habitationem non mutant.

Tertio, Quid, si iidem incole tam masculi, quam feminae, eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho, & testibus contrahant. Hoc autem Congregatio dedit responsum die 5. Septembris 1626. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum, & secundum respondit, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes, & transientes cum fraude.

Ad tertium respondit, nisi domicilium vere transferatur, matrimonium non esse validum.

Instituerunt postmodum Archiepiscopi Colonienfis Procuratores, ut Congregationis responsum Pontificio Brevis confirmaretur, siquidem Archiepiscopus Elector cupiebat illud Dioecesanam Synodo, quam habiturus mox erat, adnectere. Petitioni Urbanus VIII. indulgit, iustitiae expediri Brevis: cuius prima perscriptio authentica, ab eodem subscripta, reperitur inter ejusdem Brevis anni 1627. pag. Summa vero ejusdem ita se habet: Confirmatio resolutionis nonnullorum abiorum super contrahendis matrimoniis a Sacra Congregatione Concilii emanata: est juxta ejusdem Congregationis decretum. Hujus vero definitionis contextu bene pensato, facile intelligitur, matrimonia primo, ac secundo loco exposta, irrita ac nulla ab eadem Congregatione denunci, eo quia fraus intercessit; validum autem ceteri matrimonium tertio loco positum, in quo licet fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium, seu quasi domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit: Nisi domicilium vere transferatur. Siquidem novum non est, neque iniustum, quod quis domi-



dentino Concilio statuta, propterea quod ejusdem Concilii Decretum de Reformatione Matrimonii in illis Diocesis finitimis nunquam promulgatum rite fuerit; Nos quidem ad preposita dubia per Epistolam nostram eidem Archiepiscopo directam prolixius respondere non detrectavimus; eamque in rem, inter alia, usi sumus auctoritate quarundam Litterarum sel. record. Prædecessoris nostri Urbani PP. VIII. quæ cum a privatis Scriptoribus relatæ dumtaxat legentur, sed neque communibus Bullariis hæctenus insertæ, nec alia solemnitate ratione publicatæ reperiantur, Nos earumdem tenorem, cum authenticis hujus Apostolicæ Sedis regestis collatum subjicimus, qui talis est, videlicet.

URBANUS PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

**L**exponi Nobis fecit Venerabilis Frater Archiepiscopus Colonienfis, quod habito nuper per eum ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales, sacri Concilii Tridentini Interpretes, recursu super infrascriptis dubiis, videlicet: Primo, An incolæ tam masculi, quam femine loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transientes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valido possint in illo loco matrimonium sine Parocho, & testibus contrahere? Secundo, Quid, si eo prædicti incolæ tam masculi, quam femine, solo animo sine Parocho, & testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutant? Tertio, Quid, si iidem incolæ tam masculi, quam femine, eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho, & testibus contrahant? Idem Cardinales ad primum, & secundum, non esse legitimum matrimonium inter se se transferentes, ac transientes cum fraude: ad tertium vero dubium hujusmodi, si domicilium vero transferatur, matrimonium esse validum, responderunt, & resolverunt, quos in Decreto desuper emanato plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subiungat, dictus Archiepiscopus responsum, seu dubiorum prædictorum resolutionem hujusmodi, pro illius substantia firmiori, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communitari summoque desideret; Nos eundem Archiepiscopum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, responsum, seu dubiorum prædictorum, resolutionem hujusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus. Illique inviolabiliter Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: decreverit, illud, seu illam, necnon præfatas Litteras, validas, firmas, & efficaciæ existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicut, & juxta illa per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 14. Augusti anno 1627. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut autem de hujusmodi Litterarum auctoritate dubitari minime valeat, Nos iterum eas Apostolica auctoritate nostra, & præsentis Decreti tenore, in omnibus, & pro omnia approbamus, & confirmamus, ac novo hujusmodi approbationis, & confirmationis robore communitatis, & confirmationis transmittimus, mandantes eidem, ut in occurrentibus casibus circa personas ex ipsius Civitate, aut Diocesi oriundas, seu alias in causis ejusdem generis ad illius iudicium legitime delatis, juxta earundem Litterarum continentiam, & tenorem decernat, judicet, atque definit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Volumus autem, ut in nostræ hujus approbationis, & confirmationis monumentum, præsentis Decreti nostri exempla, a Nobis subscripta, in Actis

Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Tridentini Interpretum, necnon in secreto Archivio nostro Vaticano reponantur, ibique perpetuo asserventur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xix. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo.

Ita decernimus, & mandamus.

BENEDICTUS PP. XIV.

SS. D. N.

BENEDICTI PP. XIV.

Litteræ in forma Brevis quibus Eminentissimus ac Reverendissimus D. Franciscus S. R. E. Diaconus Car. de Saldanha motu proprio constituitur, & deputatur in visitatorem, & Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis Portugallæ & Algariorum & in Indiis Orientalibus & Occidentalibus Regi Fidelissimo subjicis.

Dilecto Filio Nostro Francisco S. R. E. Diacono Car. de Saldanha nuncupato.

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecto Filio nostro salutem & Apostolicam benedictionem.

**I**n specula supremæ dignitatis divina dispositione, meritis licet insufficientibus, constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus in hac nostra ingravescente ætate, & parum firma valetudine obruimus curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis officii nobis commissi sollicite advigilare debemus, per quas Religiosa loca, illorumque personarum divinis mancipatæ obsequiis, in pacis & quietis tranquillitate ac Regularis vitæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, & quæ his contraria esse noscuntur, per nostræ, providentiæ auctoritatisque apostolicæ studium penitus evellantur, prout personarum, rerum & locorum qualitate pensata, conspiciamus in Domino salubriter expedire. Cum sicut pro parte charissimi in Christo Filii nostri Josephi Portugallæ, & Algariorum Regis Fidelissimi nobis expositum fuit, haud levia suborta sint inconvenientia, & abusus in Provincia, seu Provinciis, Clericorum Regularium Societatis Jesu tum Portugallæ & Algariorum, tum Indiæ Orientalium & Occidentalium existentibus dominio ejusdem Josephi Regis subiectis, de quibus omnes fere nationes, Regionisque certiores factos esse existimatur propter parvum volumen typis impressam, & tum nobis, tum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus diliberatum: ac propterea ipse Josephus Rex summoque cupiat ut scandala, quæ ex præmissis deinceps oriri possint quam celerrime removeri de benignitate, providentiæque Apostolica dignemur. Nos qui Societatem præfatam Paternis complectimur affectibus; nil aliud propiam, ac decens in hoc rerum statu esse ducimus, quam juxta laudabile Romanorum Pont. Prædecessorum nostrorum instituta & consuetudinem, unum ex S. R. E. præfate Cardinalibus deputare, & nominare, qui primum de omnibus & singulis hujusmodi negotiis accurate expensis plenissime instructus eadem ad Nos deinde referat, aperiatque postea matura consideratione adhibita, quidquid statuendum sit, opportune, & saluberrime decernamus. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione, Nostræ deque Apostolicæ potestatis plenitudine Circumspectionem tuam, de cujus singulari fide, prudentiam, integritate, dextertate, vigilantia, & Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, in Visitatorem Apostolicum, ac Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis, ditionibus, & Provinciis etiam Indiæ memorato Josepho Regi subiectis existentibus, tenore præsentium constituimus, & deputamus, ac circumspectioni tuæ ut cum

ass.

assistentia unius, sed plurium personarum in ecclesiastica dignitate constitutarum, si seculares fuerint, seu Regularium eujusvis ordinis, seu instituti a sede Apostolica approbati a Te, ad hujusmodi effectum, pro tuo arbitrio eligendæ, & assumendæ seu eligendarum & assumendarum probatæ vitæ, & circa statuta, & mores Regulares versatarum, Provinciam, seu Provincias Societatis Jesu præfate in Regnis, dominio, ditionibus, & Provinciis etiam Indiæ præfatarum eidem Josepho Regi, ut præfertur, subiectis existentes, illiusque, seu illarum domos præfate, seu Novitiatui destinatas Ecclesias seu Collegia quæcumque, Hospitia, & missiones, aliaque loca quæcumque nomine nuncupata a Societate præfata dependentia, & ad illam spectantia & pertinentia etiam exempta & quocumque privilegio, ac indulto fuffulta, nec non illorum superiores, Rectores, Administratores, Clericos Regulares, cæteraque personas quascumque quascumque dignitatis, superioritatis, status, gradus, & conditionis existentes tam in capite, quam in membris, auctoritate nostra semel vistes, & reformes, ac in earundem personarum statum, vitam, mores, ritus, disciplinam aliamque vivendi rationem, tam conjunctim, quam divisim diligenter inquiras; nec non evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ, sacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum Decretis & SS. Patrum traditionibus, atque Regulari dictæ Societatis instituto, & Apostolicis constitutionibus præsertim record. memor. Urbani PP. VIII. Præd. Nostri die 22. Februarii 1633. incipiente. Ex debito Pastoralis officii &c. & a nobis per qualdam nostras in simili forma Brevis die 20. Decembris 1741. expeditas Litteras quarum initium est: Immensa Pastorum Principis &c. editis inherendo, & prout occasio, rerum qualitas & necessitas exegerit quæcumque mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoveris juxta datam tibi a Domino Prædictam corrigas, emendas, renoves, & ac etiam de novo condas, condita sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non repugnancia confirmes, abusus quoscumque tollas, regulas, institutiones, & Ecclesiasticæ, Regulariumque disciplinam, ac in primis divinum cultum & obedientiam huic Sanctæ Sedi, & observantiam memoratarum Constitutionum Apostolicarum, si fortasse exciderint, juxta præscriptam dictæ societatis institutum modis congruis restituas, & reintegres, si aliquis in aliquo delinquentes repereris, eos juxta canonicas sanctiones punias & castiges, ipsosque per personas etiam, ut præfertur, assumptas, ad debitum & honestum vitæ modum ac ad statum sacris Canonibus & Conc. Trid. præfatis conformem revoces, ac quicquid sterneris, & ordinaveris, abque dilatione & appellatione quæ executionem quoque modo ulatenus impediatur, omnino observari facias; quoscumque domorum, & collegiorum hujusmodi Rectores, aliosque ministros, quos juxta datam tibi a Domino prudentiam, & tibi expedire videbitur, ab eorum respective officiis amovendos esse judicaveris, amoveas, ac illos sic amotos, aliosque Clericos Regulares dictæ Societatis si una ad aliam domum, seu de uno ad aliud Collegium transmittas, inobediens, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, suspensionem a divinis, aliaque opportuna juris & facti remedia cogas & compellas. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia circa visitationem, & reformationem, aliaque supra expressa hujusmodi necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi & exequendi auctoritate præfata plenam, liberam, & amplam facultatem & auctoritatem concedimus, & impertimus; & si contingat re aliqua legitima de causa detineri ut visitationem præfatarum per te ipsum extra civitatem Lisbonensem minime facere valeas, alias Ecclesiasticas personas tui benevolæ cum simili, vel limitanda potestate in tui locum ad visitationem & reformationem habendam, etiam in Indiæ provincis præfatis deputandi facultatem pariter tribuimus. Si quæ autem graviora in hujusmodi visitatione repereris, ea omnia sub tuo sigillo clausa ad nos quam primum diligenter transmittas ac nobis referas, & patefactas quæcumque ad hanc causam pertinere arbitraveris: ex re enim & tempore consilium capiemus, & effusus lacrymis omnipotentem Deum clamorato valido orabimus, atque obsecrabimus, ut, quod

Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

inde statuendum sit, matura deliberatione decernamus: mandantes propterea omnibus, & singulis superioribus, Ministris, Clericis Regularibus, aliisque personis Provinciæ, seu Provinciarum, domorum, Collegiorum, aliorumque locorum Societatis Jesu prædictis, in præfatis Regnis, ditionibus, & Provinciis etiam Indiæ ipsi Josepho Regi subiectis sicut præmittitur, existentibus, sub excommunicationis lætæ sententiæ nobis & Romanis Pontificibus successioribus nostris reservatæ, præterquam in mortis articulo, ac suspensionis a divinis, & privationis suorum officiorum, aliisque arbitrio nostro infingendis penis ipso facto incurrendis, ut tibi, ac personæ seu personis per te, ut præfertur, deputandæ, seu deputandis in præmissis omnibus, & singulis prompte pareant & obediant, tuæque, & illius, seu illorum salubria monita, humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurant, alioquin sententiam five penam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore divino usque ad satisfactionem divinam inviolabiliter observari. Decernentes præfatas Litteras firmas, validas, & efficaciæ existere, & fore, suoque plenarias & integros effectus sortiri, & obtinere, tibi que & personæ seu personis, nominandæ, seu nominandis plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat & spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicut in præmissis per quoscumque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac sedis Apostolicæ nuntios sublata eis, & eorum cultibus quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, & Societatis præfate illiusque domorum, Collegiorum & aliorum locorum regularium, etiam jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiisque quoque, indultis & litteris Apostolicis, eorumque superioribus prædictis, & aliis personis præfatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, vel consistorialiter, & alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiam si sufficiens illorum Derogatione de illis, eorumque totius tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observate exprimerentur, & infererentur, præsentibus per plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die prima Aprilis MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno 18.

Pro D. Card. Passioneo.

Joannes Florius Substitutus.

Oo

DE

DECRETUM

Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PAPA. XIV. In Causa Neapolitana Beatificationis, & Hieronymo Sacerdotis Professi Societatis Jesu. Super Dubio: An constet Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annosis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Felici exitu absolutis, que juxta Sedis Apostolicæ praxim præcedere debebant antequam locus esset discussioni Dubii super Virtutibus heroicis Reverendissimi Servi Dei Francisci de Hieronymo Sacerdotis Professi Societate JESU; habitaque super eodem Dubio virtutum Congregatione cum Antepreparatoria, tum etiam Preparatoria, tum etiam Prædiximus, qua Congregatio Generalis coram Nobis cogere- tur. Qua tandem adveniente, post lecta, sedulo- que perpenfa triginta sex suffragia Consultorum scri- pro Nobis exhibita, luculentas Cardinalium Congrega- tioni Sacrorum Rituum adscriptorum, & coram Nobis prolatas Sententias audivimus, easque, raro exemplo, nec adeo facili omnium animorum consensione ferri intelleximus, ad asserendam, & strenue propagandam Virtutum ejusdem Reverendissimi Servi Dei heroicatem. Idipsum accidit etiam ex Sententia Nostri, qui pri- tem Postulatorum Scripturas, & eorumdem Consulto- rum scripto tradita suffragia, quo decebat studio, & diligenter liberavimus; adeo in eadem Generali Congregatione potuissimus pro earundem Virtutum heroi- citate Decretum Nostri ex tempore pronuciare.

Verum cum, juxta Prædecessorum Nostrorum bene, sapienterque institutum morem, cautum sit, ne De- cretum Virtutum approbativum edatur in eadem Ge- nerali Congregatione, huic discipline inhaerentes, re- solutionem in aliam opportuniorum diem rejecimus, ut interim ad Causam secundæ adhiberentur curæ, & Patrem luminum exoraremus, ut educere tanquam lu- men Justitiam suam, & Judicium suum tanquam me- ridiem.

Quod cum abunde præstitum sit; Nosque, Deo sic disponente, in vitæ discrimine positos noverimus, hac die S. Athanasio sacra, qua Sacrosanctam Euchari- stiam per modum Viatici accepimus, ad Nos advoca- tis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Tamburino S. R. C. Præfecto, & Cavalchino hujus Causæ Rela- tore, nec non Benedicto Veterani Fidei Promotore, & Divino iterum implorato præsidio a luminum Patre, proposito Dubio Affirmativum responsum dedimus, hoc est Consilium de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum, ac de Cardinali- bus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annosis in gradu heroico, in casu, & ad ef- factum, de quo agitur. Et præsens Decretum in Acta ejusdem Sacræ Congregationis referri, & publicari mandavimus, hac ipsa die 2. Maii 1758. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

Loco + Sigilli.

M. Marefusus Sac. Rit. Congreg. Secretarius.



INDEX RERUM, ET VERBORUM

Numerus Romanus denotat Constitutionem; Arabicus autem indicat Paginam, & columnam.

A

ABBATES quondam possint suis subditis Regula- ribus conferre Tonfuram, & minores Ordines? Confit. XI. §. 16. pag. 29. ABBATI Generali Ordinis S. Hieronymi Congregationis Italice Locis in Pontificis Cappellis conceditur, ac designatur. XLII. §. 2. pag. 100. Quibus Insignis idem utatur. ib. ABBATIA Fuldensis in Episcopatum erigitur. IV. p. 14. & seq. Recensentur insignes illius prærogativæ. ib. §. 1. p. 14. Vetus Regularis status præservatur. ib. §. 18. Episcopum, Cathedralis, & Capitulum designantur. ib. §. 4. 15. Penitentiarum, & Theologi munus quibus demandan- dum? ib. §. 6. pag. 16. Vid. Fuldensis Episcopus. ABBATIA Sublacensis. Vid. Sublacum. ABSTINENTIA a sanguine, & suffocato, nec non dis- tinctio ciborum in mundas, & immundas, dñi vi- git in Ecclesia Latina, vigetque adhuc in Græca. LIV. §. 66. p. 172. Quomodo licere id potuit antiquitus, vel nunc quoque possit. ib. Vid. Ciborum distinctio. ACACIUS Constantinopolitanus Episcopus Eutychiæ hæresis fautor, primus Romani Pontificis nomen a sacris Diptychis abrafuit. LV. §. 11. p. 190. ACADEMIA, seu Gymnasium ad exercendos, erudi- endosque Picturæ, & Sculpturæ tyrones in Capitolio erigitur. XXX. §. 5. p. 81. ACTA Confessoria in confirmatione Tobie Petri Ga- zeni electi Maronitarum Patriarchæ, factaque ipsi con- cessione Latini Pallii. In Appendice p. 260. ACTUS externi, excepto Sacrificio, Latriæ cultum per se non inducunt, sed animi mentisque affectu hujus- modi actus elicientis. LV. §. 37. p. 165. ACTUS Fidei, spei, & Charitatis, ante, vel post Mis- sam Parochialem, a Paroco simul, & Populo recitan- di. XXXV. §. 4. p. 80. ADSCRIPTUS servitio alicujus Ecclesiæ in Urbe non poterat juxta veterem disciplinam, ea deserta, ad alias Ecclesiæ transferri. LXIV. §. 4. p. 210. ADVENIRE in Sacris constituto non licet Ordines exer- cere, nisi Litteras exhibeat sui Ordinarii, testantis de susceptione Ordinis, & exemptione ab omni censuræ vinculo. XVI. §. 6. p. 43. AGROTUS: Sanctissimum Sacramentum non est ad ægros deferendum, adorationis, vel deosculationis causa tantum, si illud, sumere nequeant. XLIX. §. 13. p. 143. Nec pro his exponitur, sed intus Tabernaculum ada- perto ostiolo reliquitur. ib. AEREI Lacunarum reliquias a Pantheoeductas, quibus usus destinavit Urbanus VIII. Pontifex? LXVII. §. 6. p. 273. AGENTES Communitatum ab ipsismet Communitati- bus eligantur. XXV. §. 14. p. 65. ALBANIE Episcopis facultas sit concordandi, transigi- endi, atque etiam relinquendi Bona Ecclesiastica Al- banis, licet iniustis Detentoribus, ad præcavenda de- teriora incommoda. XXXIII. §. 3. & seq. p. 87. Vid. Papa, Bona Ecclesiasticum. ALEXANDER IV. turbas, & dissensiones Græcos in- ter, & Latinos exortas penitus eradicare curavit. XLVII. §. 10. p. 125. & seq. ALIENATIO Bonorum Hierosolymitanæ Religionis, inconsulto Magistro, est ipso jure nulla. VIII. §. 13. pag. 36. Vid. Hierosolymitani Ordinis. ALTARE: Nequit simplex Sacerdos celebrare ad Bull. Rom. Bened. XII. Tom. IV.

Altare, ad quod Episcopus eo die Sacrificium obtu- lit, nisi prius obtenta ab Episcopo licentia. LXIV. §. 9. p. 259. Ad Altaria Pontificia Basilicarum Urbis nemini licet Missam celebrare, nisi obtenta ad id, per Litteras Apostolicas, opportuna facultate. ib. Idem privilegium nonnullis Altaribus extra Urbem- sit concessum reperitur sub certis tamen modificatio- nibus. ib. ALTARIA plura, an ve potius unum tantummodo juxta veterem disciplinam extiterit in Basilicis Ec- clesiæ Occidentalis, disputant eruditi. XLVII. §. 37. p. 133. Unum tantum extitisse in Ecclesiis Orientalibus, re- ceptum. ib. Unamque Missam ad singula Altaria celebrari lice- re. ib. Falsa hæc de re opinio in vulgus irrepta. ib. Nunc tamen in Ecclesiis Græcis secundum Altare ple- rumque cernitur erectum pro Latinis Presbyteris. ib. §. 40. p. 134. Altaria Græcorum sacro lapide desituntur. LXVII. §. 35. p. 133. Altaria spoliandi, lavandique ritus feria VI. majoris Hebdomadæ an in Latinam Ecclesiam a Græca pro- manant. ib. §. 28. p. 130. Usurpatur in aliquot Latinis Ecclesiis, & præcipue in Vaticana Basilica. ib. Quinam de Ritu hujusmodi diserverint? ib. Altaria erecta in Basilica S. Francisci Assisensis, & in Parochialibus Ecclesiis eidem adnexis perpetuo Pri- vilegio donantur. XXXII. §. 12. & 18. p. 84. & 85. ALUMNI Collegii Vvilnensis, Episcopis, & Archie- piscopis Ruthenis commendantur, ut propositis con- suetis virtutis præmiis ad studia alliciantur. XX. §. 2. & seq. p. 53. AMANUENSES sæpe in nominibus exscribendis Litteras immutant, ipsaque nomina corrumpunt. In Append. §. 18. p. 240. AMBITUS in Episcopatu conquirendo maxime dam- nandus. XV. §. 5. p. 43. AMENTES in odium Christi occisi, an sint martyres? XLII. §. 28. p. 114. AMPULLA sanguinis indubium est perpeffi martirii si- gnum. XLIII. §. 12. & 20. p. 106. & 110. ANCONITANÆ Inquisitionis simplices Familiares, Fori privilegio ex antiquissima, probataque consueta- dine gaudent. XLVI. §. 36. p. 121. B. ANDREAS de Pago Rhinensi, triennis, a Judæis in odium Christi occisus. XLIII. §. 1. pag. 101. Quinam Historici de eo scriperint? ib. §. 3. pag. 102. In ejus honorem concessum est Officium proprium, Missa, & Indulgentia Plenaria. ib. §. 4. Vid. Canonizatio. Ven. ANDRÉE Bobola causa Beatificationis, seu de- clarationis martyrii, quibus decretis incepta & abso- luta? In App. §. 1. & seq. p. 255. & seq. ANDRONICUS Constantinopolitanus Imperator Mi- chaelem Palæologum Patrem extra locum sacrum sep- pelliri passus est, quod unionem Græcæ Ecclesiæ cum Latina curasset. LIV. §. 15. p. 161. ANGLICANÆ Missiones. Vid. Missionarii Regulares Missionibus Anglicanis. ANTIMENSIA Græcorum quid sint? XLVII. §. 39. p. 133. S. APOLLINARIS Ecclesia, qua servata methodo, fue- rit a Pontifice consecrata? In Append. §. 1. p. 350. APOSTASIE periculum quandoque justam exhibet cau- sam